

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christophori Cellarii Breviarium Antiquitatum Romanarum

Cellarius, Christoph

Halae Magdeburgicae, 1778

VD18 13038508

Sectio II De Ordine Equestri.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:33-1-195671](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:33-1-195671)

Vide *orat. cat. l. c. 13. orat. II. c. 6: et orat. XII. c. 9.* Hæc templa curiæ etiam nonnumquam dicta. Vide *Lampridium in Alexandro c. 6:* vbi ædem Concordiæ vocat curiam.

SECTIO II

D E

ORDINE EQVESTRI.

§. I.

Equites medius ordo erant populi romani inter senatum et plebem; nec tantum militiæ id nomen est, verum etiam dignitatis: et altera significatio ex priori manat, quia olim non nisi digniores illi et splendidiores, e quibus senatus legebatur, equo militabant. Supra enim diximus de militia romana, paucos in legione fuisse equites: quod non tantum propter nobilitatem illorum factum, verum etiam propter paucitatem equorum in Italia; vbi ager bobus exercebatur, vt hodieque; onera asinis et mulis portabantur, muli etiam iungebantur carpentis, lecticæ ferebantur a seruis; atque ita rarior vsus equorum erat.

§. 2. Signa equitum erant *annulus* et *angustus clauus*. Vtroque distinguebantur a plebeiis: aliter etiam a senatoribus. *Plin. l. xxxiii. c. 1.* Non licebat enim plebeiis gestare annulum: sed equitibus tantum et senatoribus; a quibus equites tunica tantum distinguebantur, quæ senatori-

tori-

toribus erat lati clavi, equitibus angusti. De vtraque tunica autem plura dicemus infra, quum de re vestiaria agendum erit.

§. 3. Præterea aliud ornamentum erat equitum lege roscia concessum, quæ etiam lex theatralis dicitur a Plinio *l. vii. c. 30*: qua cautum fuit, ne quis in theatris aut amphitheatro in quatuordecim primis gradibus federet, nisi censum possidens equestrem. Hinc *in xiv sedere* est idem, quod equitem romanum esse. Sueron. *in Cæs. c. 39. Aug. c. 40*: et Sen. *ep. 44*. Census autem equester erant quadringenta sestertia, ut clare definitum est a Plinio *l. i. ep. 19. n. 2*: et Horatio *l. i. ep. 1. v. 57*.

§. 4. Equites romani non tantum equitibus nascebantur: verum etiam senatorum filii, antequam in senatum legerentur, equites fuerunt vocati. Clarum exemplum præbet Pompeius apud Ciceronem *pro l. man. c. 21*: cuius ætas quum longe abesset a gradu senatorio; res tamen maximas gessit, et triumphum meruit. De quo Cicero: *Quid tam inauditum, quam equitem romanum triumphare?* Et paullo post: *Quid tam incredibile, quam ut iterum eques romanus ex senatus consulto triumpharet?* Pompeius autem natus erat patre patricio et consulari.

§. 5. Diuisi equites erant in *urbanos* et *rusticanos*. Illi domicilium Romæ habebant, et ex iis præcipue legebantur senatores. *Rusticani* non tantum rure degebant: verum etiam in mu-